

2285

A S C E T I C I.

2286

censis episcopus (✠ 1169. prius Monachus Morimund. O. Cist.) *Vlricus de Kyrksteten. Vlricus de Cranechberg. Ratolt de Michilsteten. Erminfridus de Ebental. Margareta de bebingen. Adelheidis de trussen. Egelbertus sacerdos Cunderamesdorf. Mebtildis de merfwanck. Alricus de Lengenschach. Perbta de chelberbrun. Chunradus et Hainricus priores de Zweitel. Alrinus abbas de cikedor*, quae Ordinis Cist. Abbatia fuit in Hungaria et Dioec. Quinqueecclesiensi. Adscripta item est *Dedicatio altaris sancte Crucis. Item dedicatio altaris sancti Mauricij M.*

DCV.

740 Codex membranaceus lat. Sec. XIII. Folior. 203. 8. per duas columnas minute exaratus, rubricisque distinctus *Tractatum de Virtutibus* continet absque nomine Autoris, qui est *Guil. Peraldus, de Peyrauta, Petra alta, sive Perault Allobrox O. P. mor-*

tuus a. 1250. et recensitus in *Scriptt. Ord. T. I. p. 131.* a nobis vero saepius memoratus, et quidem, quod ad praesens Opus adtinet, *Codd. seq. et aliis.* In *Cod. praesenti* praestitit *Conspectus* inscriptus: *Incipiunt capitula tractatus uirtutum*, et incipiens: *Præsens opus habet quinque partes principales. prima est de uirtute in communi. Secunda de tribus uirtutibus theologis. Tercia de IIIor uirtutibus cardinalibus. Quarta de donis. Quinta de beatitudinibus &c.* Deinceps Argumenta Capitum indicantur. *Inscriptio et initium Prologi: Incipit tractatus moralis de uirtutibus. Cum circa utilia studere debeamus exemplo salomonis dicentis: Cogitavi in corde meo &c.* Atque hic mox *Autor* vitae genus prodit: *Ideo ego minimus de ordine fratrum predicatorum desideravi colligere &c.* Opus inchoat: *Si separaueris pretiosum a uili &c.* Extrema operis: *qui incepit et compleuit. Amen.*

Dextera scriptoris benedicta sit omnibus horis.

Quibus accedunt *Folia 4. chartacea Quotationes Tractatus Virtutum* continentia scriptas anno domini 1385. Editiones utriusque *Summae Peraldi, Virtutum* uide licet et *Vitiorum* uide in *Maittairei Annalib. Typogr. meoque eorum Supplemento.*

DCVI.

Codex chartaceus lat. Sec. ²²¹XV. Folior. 277. f. per duas columnas exaratus, olimque, ut theca anterior fidem facit, a Magistro *Paulo de Mellico in theologia et artibus lib. Professore, decano ac canonico ecclesie b. stephani*

Y y 3

phani